



Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],
Traiectensi[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

Trigesimus tercius Antistes

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

Sybolus ut atque epistola regis fortissimam & frumentorum aliquando ad aliud res
pertinet sicut

¶ Trigesimus secundus Antistes.

Alexander secundus, Comitis Bulloniæ filius, ex filia regis Nauarræ, diplomate Pa schasij Pont. Max. & Cardinalium astipula tione, in Aquisgrano Antistes creat⁹ est Anno salutis. i i 68. quarto Calendas Ianuarij, dū Imperatore assistente Carolus magnus, ob prælia pro Romana Ecclesia habita, incredibili populorū lę ticia sublimatus, & diuorū cathalogo ascriptus esset. Vñ Frēdericus Antistitē assumēs, & in Ita lica expetione comitē desyderans, peste interiit Obiit anno administrationis. ; . quinto Idus Au gusti, cuius corpus Leodij relatū, in Collegio di ui Lāberti sepultū est. Floruit sub Apostolicis vi ris Paschali tercio, & Calixto. ; . Imperāte Frēde rīco primo.

¶ Trigesimus tercius Antistes

RAdulphus filius ducis Lotaringie, ex filia Comitis Namurcensis, prius Archiepiscopus Moguntinus, sed ob symoniā repudiatuſ, eodē vicio in functione Leodiensi laborauit Sacerdotia enim & altaria publicitus foro exhibuit, indeq̄ correctorē nēminē ferēs, Lābertum quendā spiritu propheticō futura prædicentē in turrim præcipitauit. Cuius viri vaticinii, effectū plane cōprobauit, dū Bāsilica & Collegium diui Lāberti, & tēplū yndecim miliū virginū, deniq̄

Collegiū diui Petri cū officinis igne cōcrematū
 eit. Campanarū & eneorū vasorū metalla, instar
 aquarū æstate stagnatiū in canalibus liqueſce-
 bāt, & lapides hac illac dissilientes, nēminem ap-
 propinquare permittebāt. Carcer quo Lābertus
 vinc̄tus fuerat cōflagrat⁹ est, vnde exiliens, acta
 Apostolorū quę captiuus in Gallicā lingua tran-
 stulerat, Romā secū asportauit. Qui Pontifici in
 iuriā questus institutū beginarū, quarū se patriarcha
 chā scribebat, autoritate & literis cōfirmari me-
 ruit, & regressus dīi Christophori tēplū Leodī
 beginarū habitatior ē fecit. Sequutus est & alter
 Albanēsis Episcopus qui cōtra symoniā efficac-
 issime cōcionatus, plurimos canonicorū qui sa-
 credotiz coemerat ita cōuertit, vt quę male cōpa-
 rauerat, rursus ecclesię cōferenda beneqz dispo-
 nēda cōmitterent. Quę fidelis ille ministeriorū
 dei dispēsator, idoneis passim impartiuit, & ni-
 hil ūnino sibi reseruās, paterno erga dignos affe-
 ctu ferebatur. Antistitem quoqz inter ceteros ad
 pœnitētiā agēdā cōmonuit. Qui comitē Losseñ
subito hostē effectū, primū equanimiter tolerās
 deinde Tūgrim oppugnatē & succēdentē reppu-
 lit, & castra inuasit, animiūqz infractū portendit,
 Post quę cruce signat⁹, aduersus infideles, dū ab
 Antiochia redditū maturaret, gliscēte veneno pe-
 rīt. Ob̄t anno salutis Millesimo centesimo. 91.

Symon.

Tōnōris
xertrīsAutofōria
40.1.

Officij cat.
 Floruit sub Apostolicis viris Innocentio tertio,
 Lucio. 4. Urbano tertio, Gregorio octavo &
 Cleméte. 3. Imperante Fræderico. Claruit domi
 nus Euerlimus abbas monasterij diui Laurentij
 qui facellū in honorē diui Thomæ Cātuarien
 sis archiepiscopi recēter occisi ædificauit, & bea
 ta Iutta Hoy secessum Leprosorij oppetit.

CTrigesimus quartus Antistes.
Albert⁹ filius ducis Brabatię, ex sorore du
 cis Arduennae doctor & Archidiaconus
 & Collegij diui Lāberti Prepositus Epi
 scopus cōsecratus est. Quod factū cōprimis ma
 le habuit comitē Hānoniæ, qui Albertū cōsobri
 nū suū penitus illiteratū, eligi maluisset. Ex quo
 aliud malū euenit. Imperator enim Fræderic⁹, ter
 ciū quendā, Lothariū fratrē Comitis de Horſca
 superinduxit, Proinde duob⁹ secū in gratiā rede
 untib⁹, Albertus Brabatus, Romā profect⁹ a Ce
 lestino Pont. Max. cōfirmat⁹ est. Qui statim re
 gressus diploma Collegio prælegit, & a Coloniē
 si Archiepiscopo cōsecrari desiderās, sed illo im
 peratoris sequitiā formidātē, a Remēsi benedict⁹
 est. Sed a trib⁹ viris Equestrib⁹ in hoc a Fræderico
 destinatis adort⁹, dū vnū Abbatē & Equitē habe
 ret: quos aliquoties cōuiuas aduocauerat, inuaſo
 res sensit. Occisus est Remis, & miraculis claruif
 se perhibetur, sepult⁹ in basilica maiori, Floruit